

ueniam. & parebo ante faciem tuam

Fuerunt mihi lacrimae meae panes per diem ac noctem.
cum diceretur mihi totadie. Vbi est deus tuus.

Horum recordatus sum. & effudi in me animam meam.
quia ueniam ad umbraculum. tacebo usque ad domum dei.

In uoce laudis & confessionis. multitudinis festa
CELEBRANTIS.

Quare incuruaris anima mea. & conturbas me.

Expecta dominum quia adhuc confitebor ei. salutaribus
vultus eius.

Dominus in membra ipso anima mea ⁱⁿ curuatur: propterea
recordabor tui de terra Iordanis. & hermonim de
monte minimo.

Abyssus abyssum uocat in uoce. cataractarum tuarum.

Omnes gurgites tui & fluctus tui. super me transierunt.

Per diem mandauit dominus misericordiam suam. & nocte
canticum eius.

Mecum oratio domini uite mee. dicam deo per ara mea quare
oblitus es mei: quare tristis incedo affligente inimico.